

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Sapiencia uel sciencia h  
cum uariis

Qui thesauros effodit, terram reicit, foueam in altum facit, sedulus insistit, donec inueniat quod querit. Sic qui thesauros sapiencie inuenire desiderat, omne pondus terrenum a se reiciat, in se fossam humilitatis faciat, nec quiescat donec inueniat.

Glossa Ieronymi super illud Prouerbiorum II.: Si sapienciam quesieris quasi pecuniam et sicut thesauros effoderis illam.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

thesauros] thesaros (*cor. supra lin.*) M